Utrecht University Library
Partner in Science
Universiteit Utrecht

# Theses juridicae inaugurales

https://hdl.handle.net/1874/310836

# THESES JURIDICAE INAUGURALES.

6

# THESES
# JURIDICAE INAUGURALES,

QUAS,

ANNUENTE SUMMO NUMINE,

EX AUCTORITATE RECTORIS MAGNIFICI

LUDOVICI GERHARDI VISSCHER,

PHIL. THEOR. MAG. LITT. HUM. DOCT. ET PROF. ORD.,

NEC NON

AMPLISSIMI SENATUS ACADEMICI CONSENSU

ET

NOBILISSIMAE FACULTATIS JURIDICAE DECRETO

**Pro Gradu Doctoratus**

SUMMISQUE IN

JURE ROMANO ET HODIERNO HONORIBUS AC PRIVILEGIIS

IN ACADEMIA RHENO-TRAJECTINA

RITE ET LEGITIME CONSEQUENDIS,

ERUDITORUM EXAMINI SUBMITTIT


**RINSE KOOPMANS,**

**Amstelaedamensis.**


A. D. XXVI. M. MAJI A. MDCCCLVI, HORA II.


**Trajecti ad Rhenum,**

APUD J. DE KRUYFF.

MDCCCLVI.

TYPIS MANDAVERUNT L. E. BOSCH ET FILIUS.

# THESES.

I.

Imperatores Romanos tantum quibusdam, non vero omnibus, legibus fuisse solutos contendo.

II.

In l. 37 D. famil. ercisc. vox *non* pro *nonne* accipienda est.

III.

Errant qui divisionem judicialem propter enormem laesionem rescindi posse defendunt.

IV.

Minores posse in integrum restitui, etiamsi pecunia mutua jussu patris accepta sit, statuo.

V.

Legi 67 D. de jure dotium non obstat l. 1 § 4 D. pro dote.

VI.

Legislator noster definitioni *rerum*, quam in Art. 555 C. C. proponit, non semper consistit.

VII.

Judicis in ferendis sententiis non est inquirere, an lex contraria sit legi fundamentali nec ne.

VIII.

Art. 670 C. C. non suo loco in codice insertus est, sed articulo 669 C. C. anteponendus.

IX.

Emphyteutam, qui jure suo abusus est, non posse in emphyteusin restitui post sententiam latam, contendo.

X.

Executores testamentarii non in solidum, sed quisque pro gestione sua tenetur.

XI.

Verba „in alle gevallen" Art. 444 C. C., ita sunt interpretanda, ut non ad inventarium coram magistratu publico redactum, referantur.

XII.

Commissionario universe non incumbit officium assecurandi merces sibi commissas.

XIII.

Proxenetarum libri non continent praesumptionem juris et de jure.

XIV.

Falso in Art. 236 C. M. acceptatio litterarum cambialium tanquam novatio inducitur.

XV.

Indossementi falsi is debet esse effectus, ut ille ferat damnum qui cum falsario egit, non vere ii, quibus postea litterae cambiales indossemento traditae sunt.

XVI.

Actio de praestanda evictione a reo instituenda contra actorem principalem exceptioni vere dilatoriae locum dare non videtur.

XVII.

Si famulus pecuniam quam dominus ei commisit, intervertit, puniendus est ex Art. 408 C. P., minime vero secundum praecepta Art. 379 et 386 no. 3 C. P.

XVIII.

Qui aliquem vulneraverit, morte praeter exspectationem secuta, homicidii voluntarii teneri nequit.

XIX.

Art. 222 C. P. intelligendus est de injuriis viva voce et in magistratum praesentem editis.

XX.

Constitutio criminalis Carolina nunquam vim legis habuit apud nostrates.

XXI.

Placitum *„libera navi libera merx”* probandum est.

XXII.

De prijs van het brood behoort, even als die van elk ander voortbrengsel van nijverheid, door vrije mededinging geregeld te worden.

XXIII.

De octrooijen, verleend voor uitvindingen of voor den invoer van uitvindingen, stellen belemmeringen daar voor de nijverheid, weshalve het raadzaam zoude zijn die niet meer te verleenen.

XXIV.

Elke nijverheids-onderneming moet in zich zelve de krachten vinden om te kunnen bestaan. Wanneer zij bescherming door verbodswetten of premiën behoeft, is zij voor de nationale welvaart niet voordeelig.